## De cunctis iudiciis angelica

iudiciis. **D**iscipulus. Quo pacto fieri potest voluntas ferre in obiectum non preiudicio rationis iudicio potest in illud ita ferri debet. non enim ferre in incognitu. **M**agister. Et inter doctos grandis disceptatio si erat qualiter fieri valeat quod inquiremus maxime quod dicente philius consilium ad sapientem. **O**mnis malus ignorans. **C**eterus parisienis articulus habet ita. Si ratio recta et voluntas recta est error supple sic dicere. Itaque duo sunt in his liberi arbitrij iudicio. **I**n quod est recte rationis. et vocatur proprie iudiciale seu legale. **A**liud est per modum arbitrarie potestatis. **A**rbitrus autem non semper tenet insequi iudicium sibi leges. sed habet plenam facultatem eligendi sicut sibi placuerit. nunc autem tale est iudicium quia potest insequi vel non insequi per suae voluntatis arbitrio iudicium rationis. **D**iscipulus. Intelligo tale effici sepe propterea ratio participare voluntati non ut ancille sed sibi consilium ut dñe. Portat tamen sibi lucernam ut videat qualiter sit incedendum non ut cogat eam. imo divertit ad ei imperium lucernam suam vel suffocat et deserit eam ne luceat actu pleno. **E**t ita quamvis voluntas viciosa est gens sit semper errans in electioe talis arbitrarie. non oportet tamen per erroris ratione iudicaria vel assensu. **E**s istud nihilominus ut omnimodo ignorantia crassa vel supina. Soluitur quemadmodum. **A**d potuerit peccare nec tamen errore seductus est in ratioe sicut incertus dicitur peccat contra ca-

## Partitio. iii.

cxxii

ritatem non ob hoc perdere fidem perspicuum. Denique factum est audi oris moralis documentum dum aliquid ponitur confessum discute quod sit. Confessum virgo prudentissima sic discussit. Cogitabat qualis esset ista salutatio. **M**agister. Addendum est per cautela quatinus a bonis summis quod delectabilibus nimis reuelendis voluntas prius se divertat dum ista ostenterit sum pliciter mala esse. Potest autem in malis summis quid de tristabilibus considerandis insistere ad patientiam exercendam. Non enim furans intellectum sapientis aduenitates quemadmodum voluptates. Habet perinde rationem dicti illius prius inducitur per te. Jubet apostolus. Fugite fornicationem. Esset hic acquisitio de summis motibus sic et quoniam repellit debeant sibi et quoniam stari potest voluntas acceptat istos vel refutat et hoc imputabatur ad peccatum mortale. Rursus si stat in eodem tempore temptationis per voluntas peccat in veniam multis. et cum hoc multiplicetur vita eterna mereatur. Tolleret istorum delitio scrupulos a conscientiis plurimi timoratis. **D**iscipulus. Sed peto transeras ad alias fallacias quod de accidentibus. quod super his dubiis alibi tractatum est. Coplectit in ipsa accidentibus fallacia quilibet inutilis obviatio seu connexio dum putet aliquis per exconuenientia vel disconuenientia aliquorum duorum vel plurium ad unum terminum conueniant vel disconuenienter inter se. similiter ista duo vel duo. **M**agister. Super hoc autem tene pro regula per

## Tractatus viii

omnes et singule volitantes que per caritatē vniuntur cum uno tertio quod est deus ipse vniuntur inter se quantuncunq; vise fuerant discordare. sicut de dispersione legimus pauli et barnabe. **D**iscipul⁹. **P**ulcerrimū hoc per meam fidem et gratissimū est hoc theoreuma verificat plane psalmiste verbū. **P**articeps ego sum omnī timentis te. et custodientiū mandata tua. **F**elix ergo mirabilisq; unio pluriū in deo quasi in vnico medio onerorum. **M**agister. **Q**uid de plurib⁹ quanti libet vnitatis et coniunctis in alio qđ in deo? **D**iscipul⁹. **V**ideo qđ nō simpliciter vniuntur. fas est qđ nulle virtutes inter se diungunt si non in vnica virtute pma onere sint. **M**ḡ. **N**oc videt difficult⁹ presertim cū in diuinis videat exceptio fieri. qđ pater et filius et spiritus sanct⁹ vniunt in una veritate que deus ē seu diuina essentia. **E**st tamen aliis pater. aliis filius. aliis spiritus sanctus. **D**iscipulus. **S**ubintrat aliam fallaciāz accidentis ad quā alie quasi singule reducuntur quēad modūz fallacia p̄m non causam ut causam sicut fallacia consequentis que omnes fere complecti paralogismos ex locis dialeticis male formatos. **M**agister. **S**ubit aim recordatio generalis me dum puerulus essem legisse quandā fallaciāz applicationem moraliter ad peccata mortalia. sed abolita est recordatio specialis. **D**iscipulus. **D**ic

## Sup magnificat

si habes istam in promptu vel aliquam asser probabile. **M**agister. **N**on recordor illius. possum⁹ autē dicere qđ infernalis bestia de mari passionū extens a corde imp̄h qđ ē sicut mare feruens habet septem capita et cornua decē quibus impelli lit ad transgressiones nominatim septem. **A**ppropriat autē quodāmodo singulas singulis capitalib⁹ vīcīs. **U**titur ad superbiam fallacia petitionis principij. **A**rguens ita. **O**mnis magnus est honorandus. tu es magnus. dum quia nihil habet quod non accepit. et ita de nihil sui potest gloriari quasi principe. **S**i autem venerit ad verū pncipiū iam non in se sed in domino glorietur. **D**iscipulus placet ad apatio. discurre per reliquos. **M**agister. **U**tit ad inuidiam fallacia p̄m non causā ut causam. arguens sic. **O**mne nociuū est odientū. **I**ste qui pollet virtutib⁹ tibi nocet. **T**ollit em tibi ne sis in virtutib⁹ singulariter honorandus. **E**cce qđ virtutes assumit ad causam odij que sūt ad amorē cause vere. **U**tit ad iraz fallacia ignorantia elenci. qđ otrā dicitur sumat ab aduersario honoris sui dum perturbat ipsum ne alit qđ oportet glorie. **D**ebet insup̄ irasci culpe non persone. vincere maliciā que iram cōcomitāt et hoc per mitatē. nō maliciā sp̄az irascendo nutritre. **U**tit ad acidiā cōiugationibus inutilib⁹ et ineptis per enagatōnes metis innumeras qđ ad fallaciā

## De custodia angelica

spectant accidentis. Iti ad auaritiam fallacia sum plures interrogations ut vnam facere dum ad omnes necessitates humanas subleuandas dicit sufficere congregare pecunias que frequenter afferunt plures indigentias. quod qui plura habet pluribus indiget. Iti ad gulam fallacia sum quid ad simpliciter. Istud est delectabile et bonum gule. ergo est simpliciter eligendum. Iti tandem ad luxuriam fallacia ista et altera. quod non contumescit extremitates ouenienti medio. Fallacia quod ponit sequentis arguens sic Generatio filiorum est bona. erga cessationem generatione mala. per argumentum a contrario sensu quod fit ab opposito antecedentis ad oppositum sequentis. Sed ecce cuiz tibi quasi scolastico satisfacere cupio vicium curiositatis apud non scolasticos vereor incurro. Discipulus. Tolerabut inter alias matierias ceteras eis haec inseruisse scolasticam. Magister. Ita maxime quod per angelum domini bonum ex ipsis maligni sophiste puluis curiosis inducere pulsus ad virtutes. Discipulus. Tange quo Magister. Si per singula discursus fuerit prolixitas pareret fastidium. Dicam vero tibi sub cetero regulam certissimam sed non ab omnibus statim cognoscibilem seu practicabilem. Sic in pure speculabilibus nulla formaliter sequentia tenet uniuersalit nisi fieri possit reducitur ad primam et unicam veritatem que deus est. Sic nulla valet sequentia in agibilibus bonis nisi possit reduci ad per-

## Partitio. iii. clxxxii

mam bonitatez que deus est. finis omnis bonitatis. Similitudo fundatur in hoc quod sic se habet finis ultimus in agibilibus sicut primus principius incomplexum vel complexum in speculabilibus hec est p. Porro non fit silogismi resolutio ad primus principium recte speculabilitum. nisi virtualiter aut expresse regule per dici de omni. aut per dici de nullo. alioquin non poterit effici vera traditio penes quam deficit fallacia ignoratiae elenchi specialiter sed generaliter etiam quecumque fallacia. Hinc est quod ex puris indefinitis non tenet argumentum de forma nec ex puris negatiis. Hinc est per terminum communis ad plures res hinc hoc nomen essentia divina non potest esse medium sufficiens in silogismo exppositorio. Hinc est quod si affirmativa de dici de omni non includat omnia que possunt de subiecto predicari. illa non sufficit ut sit prima de omni. Exemplum. ois per se est generans. si non distribuat per essentia divina non est efficax prima ad silogisandum dicendi de omni. et sic ostendat tunc. quod est vobis falsa per essentia. Non aliter accipietur de dici de nullo quod neget omne quod affirmativa de dici de omni ponit alioquin non esset vera traditio. Et dicitur in absurditates non ferendas quod illud non considerant. Credidit vnde quod duo contradictionia non verificantur in instanti temporis. aliis quod innumerabilia contradictionia vera sunt in instanti eternitatis. Alioquin per principium non est evidens in divinis cum sit ibi precipue certissimum. Alioquin

## Tractatus viii

anima mouetur et non mouetur. qz  
mouetur in manu et quiescere simul  
potest in pede. Alij qz relationes in  
deo sunt deus et non sunt deo. Alij  
sunt de formalitatibz in diuinis aut  
vere sic negatō capiatur de dici di  
nullo que scz negat omne illud cō  
uertibiliter quod affirmatio ponit  
in tempore modo. loco. et ceteris  
evidens est qz erit vera cōtradictio  
Et si nō. nō. Unde non contradic  
iste pater generat. essentia non  
generat nisi neget negatio genera  
tionē a patre. Sed homines gros  
si intellectus subtiles istas non ad  
uertūt resolutōes in negando vel  
affirmādo. Nutant idcirco contradic  
tiones esse vbi nō sunt. **D**iscipu  
lus. Docxus sum iuuent sup hoc  
dici de omni et de nullo qz in eis fū  
datur vel resoluteur omnis osequē  
tia bona et formalis sed non ha  
bui tam expressam super istis expla  
nationem. Putabam qz esset idem  
positio vniuersalis affirmatiua cū  
dici de omni. Sed video differen  
tiam non modicez similiter et in di  
ci de nullo. **M**agister. Conabant  
aliqui soluere paralogismos in di  
uinis addendo ly qd est. Sed hec  
ars breuior est et certior quā aristote  
les satis intelligitur posuisse Pla  
tonici quoqz de homine omuni et  
singulari loquētes habebat intro  
ducere tale dici. **D**iscipulus. Nū  
quid non multe sunt osequētiae to  
pice seu rhetorice que non possunt  
nec debent isto modo regulari?

## sup magnificat

**M**agister. Prudenter opponis pro  
pter canonistas et legistas. imo p  
pter omnes in sacra scriptura con  
sequentias in moralibus et histori  
cis accipientias modo qui cōgruit  
moralis negotio vbi nō possunt ha  
beri consequētiae ut sepius nisi que  
tenant solum gratia materie et non  
forme quales accipiuntur a locis  
dialeticis. quales pieterea non re  
solubilis ad contradictionem. nisi  
hī quid et modificate. vt si dicatur  
Responde stulto iuxta stultitiam suā.  
statim subditur. Ne respōdeas stul  
to iuxta stultitiam suā que viden  
tur cōtradictoria. Similiter in euā  
gelio. Videant opera vestra bona  
Et in eodem textu culpantr ipo  
crite qui faciunt opera sua coram  
hominibus. Et ratio dicitur tollit  
contradictionē apparentem imo exi  
stentem ex vi logice in speculabili  
bus. Hinc de subtilitate logicorum  
et metaphysicorum surrexit dictum qz  
nimia subtilitas reprobatur iure cui  
intellectus nūc exposit⁹ verissim⁹ est  
atqz saluberrim⁹. alioquin sūt ad mo  
rale negotiū subtilitates hīmōl lo  
gicoz et metaphysicoz sicut cynizes  
egypti morales oculos suis acule  
is tenebrates. Sūt ex a duero gros  
si morales ad subtilia speculativa q  
de metaphysica sūt et theologia spe  
culativa nimis inhabiles sic modo  
dixim⁹. qz osequētias nō accipiunt  
nisi p tropos et apologetis mō suo  
**D**iscipul⁹. Quoz ē laudatioz cō  
ditio! **M**ag⁹. Ultraqz laudabilis

## De custodia angelica

imo necessaria. sed pro necessitate materiarum varianda. **Dicit p̄bs** in primo ethicoꝝ de querentibus acrobologias id est metaphysicas demonstrationes in moralibꝝ **Copicas** aut rationes in mathematis vtrunq; est vsuperabile. quia querenda est certitudo iuxta negotiis qualitatez. Proficit hec regula contra nimii scrupulosos in moralibus dū certitudinem querunt ampliores q; haberi possit secluso miraculo. sufficit em̄ p̄babilis et moralis conjectura. **Discipulus.** Cōcordas more vulpis fabulose que discantū philomene tenorez eorum dedit. Misces grossum subtili. vtile dulci. imo iam non misces sed sua/ves separatz accipere. **Ienisi** placet ad alteram principalis conlērationis declarationem. q̄ omnis consequētia debet in agibilibus reduci ad ultimū finem si probabilis debet esse. **Magister.** Habes apostolum. Omnia in gloriā dei facite habes xp̄z. Primū querite regnū dei. Habes ab eodē preceptum de dilectione dei super omnia q̄ finis precepti est. Quocirca excludimus salubre pro xp̄ianis omnibus documentū. Pl̄ insistendū ē dilectio. ni q̄ speculationi. Plus insup vniōni affectus vacandū est q̄ discretioni intellectus. **Discipulus.** aperte quo. **Magister.** p̄prietas intellectus est discernere et hoc adeo q̄ illa que realiter idem sunt. satagit. et valet separatum considerare et separa-

## Partitio.iii. clxv

ta diungere. Veritas est hec p̄bie et experientie. Autero p̄prietas affectus est se in vnu ferre et se in vni tatem recolligere. vbi etiā distincta sunt realiter amata. Propterera dicuntur amantes se vnu cor. vna anima. vnu spiritus. Cum autē deus sit totus desiderabilis s̄m om̄e qd̄ in eo p̄t intelligi. constat quanta facilitate et libertate potest affectus se totum in deum ferre. Intellectus dum discreta rimatur metaphysicā do circa deum penitus vnicū. plus spargitur. plus difficultatē. minus edificatur in fine legis que est dilectio. Deniq; non ita deum comprehendit vel apprehendit intellectus cum non sit a nobis totus cognoscibilis sicut est totus amabilis. si formaliter sunt in deo perfectiones distinde. quo ad affectuā que totum amare querit. nō perfecte formales hanc vel illam. **Discipulus.** Saluberrimū in p̄bice radice dogma fundatū elicisti. Nos em̄ iubemur omnē intellectū captiuare in obsei quiū affectus xp̄iani. que necessitas est totū in intelligendo seu discernendo deū n̄m p̄ vniuersū labilis vīte tps studiū osumē nec tñ attingē. **Iudicem̄** effici poti' tales temerarios assertores garrulos. inflatos aridos. sine deuotione. sine pietate. **Mgr.** Experta loq̄ris p̄ dieb̄ nfis. Quocirca ē laudāda p̄ talibꝝ ideotax simplicitas amatia. Neq; mihi vident̄ aliunde p̄hi dati in reprobū sensū q̄ eo q̄ relicta pietate

## Tractatus viii

Vnitiua affectus circa deū. toti eua  
nuerunt per inquisitiones solius in  
tellectus impuli non dubium a spi  
ritibus erroris quibus seruierūt p̄  
theletas theurgias sacrilegas po  
tius q̄ creatori. Collaudādus ad  
extremū est. doctor theologus cui  
doctrina sic erudit ad intellect⁹ dis  
tinctionē q̄ non minus allicit tra  
hit et inducit ad affectus vniōnem.  
Sed ecce dum officia beatorū an  
geloꝝ circa nos ex historia Petri  
querimus per multa digressi sum⁹.  
vir tamen attingimus pauca pro  
multitudine dicendorum nomina  
tim circa contradictionis obserua  
tionem ad quā oportet fiat omnis  
resolutio. Sed necessariū predixim⁹  
esse q̄ in vēa contradictione nega  
tio destruat quicquid q̄ qualecūqz  
quod affirmatio posuerit. Fundat  
in hoc ars obligationum. ars insu  
per responsonū ad insolubilia lo  
gicorum. ars theologoꝝ circa my  
sterium beate trinitatis. Sepe em  
fit apud subtiliter intelligentes in  
speculabilib⁹ q̄ negatio non acci  
pitur vt negans simpliciter omnia  
de quibus fit affirmatio. Dicim⁹  
enim q̄ pater et filius sunt essentia  
divina. tamen vere dicimus q̄ pa  
ter non est filius. Non accipitur ibi  
negatio secludens essentiā sed vns  
ratem solum personalem. Saluat  
hec consideratio multos subtiliter  
formalisantes. sed paucissimi sunt  
qui capiant virtutem negationis  
hmoi nō simpliciter h̄ cū moderatōs

## Sup magnificat

Circa hāc vt estimo moderationē  
p̄bs in materia trinitatis facilis ad  
misisset q̄ h̄ dies nō p̄bi si fides ab  
eis seclusa sit. hec aut̄ fides saluat  
eos dicentes. Magister noster xps  
sponsa ipius ecclesia dedit nobis  
ita credere simul et confiteri Suffi  
cit auctoritas. Si plus detur intel  
ligi gratias ei. Discipulus. Sen  
tio q̄ multa supersint ex propositis  
de angelorum custodia quibus ho  
mines exaltantur contra diaboli  
cos impulsus. Uix diximus de con  
stantia boni angeli quo ad primū.  
de illuminatione sua quo ad secun  
dum. de impulsu suo quo ad tertium.  
Quid de clamore quo iubet surge  
re petruꝝ quasi mystice diceret. Sur  
ge velociter per spem. fac iussa per  
obedientiam quo ad quartum.  
Magister. Hoc est precipue ser  
uandum. altoquin nihil valent cete  
ra. Soluit proinde quinto ligatū  
angelus. vnde timens et gratus  
magnificat dominum. Educit sex  
to petrum quia Ihesus suscepit eū.  
Septimo libertati relinquit tunc  
vivit purus velut hic et nunc mori  
turus. Cantat dum exercit de car  
cere corporis. Nunc scio vere ic̄ q̄  
prius existimabat se videre visum.  
Et quid omne qđ videm⁹ in carcē  
positi nisi visus aliquis fidei simul et  
spei. Tunc autem sciet homo vere  
cum liberatus ab angelo plene re  
linquetur in libertate glorie filiorū  
dei qñ depositis potentibus de se  
de gloriari licebit apud sanctorum

**D**e custodia angelica  
omnium cœcius. Et exaltauit humi/  
les Meditemur de reliquis

**S**equitur quarta partitio  
per soliloquium ubi de custodia an/  
geloꝝ per notulas quinquaginta.

*Prima.*

**D**eposuit potentes de sede.  
Et exaltauit humiles. His  
igitur humilis anima mea  
quatinus exalteris. Magnifica ma/  
gnum predica dominum. Gratias  
age sibi in quiete tui silentij. Quid  
nisi magnificetur iste cuius opus ē  
confessio et magnificantia. Gratias  
et tibi beata virgo cui<sup>z</sup> est hoc ma/  
gnitudinis exordium. Itaqꝝ gratum  
est anime mee posse in magnificati/  
one domini cantico tuo uti. Donū  
istud est gratie dei. donum pariter  
meriti tui. Nederis exemplo tuo  
cātare domino primitus misericor/  
diam pro beneficio speciali. Quia  
resperxit humilitatem ancille sue ani/  
me mee. creans eaz sui capacem. fa/  
ciens eam in baptissimā sui partici/  
pem atqꝝ dei conformem. confor/  
mans eam sacre confirmationis yn/  
ditione. Peinde per penitentiam. re/  
parans lapsam. eruens eam toties  
misericorditer ab inferno. inferiori  
cibans eam pane celesti qui dat vi/  
tam mūdo. spem deniqꝝ felicitatis  
eterne concedens. Magnificat ani/  
ma mea dominū. Cantans ei mis/  
ericordiam simul et iudicium p omni/  
bus et singulis animatus cum qui/  
bus debet esse anima vna et co-

**P**artitio.iiiij. clvi

vnū. quia misericordia sua est a pro/  
genie in progenies timentibus euz  
Tantet rursus anima mea magni/  
ficans dominū. Primo super iudi/  
cio. quia depositus potentes de se /  
de. Dehinc super misericordia. q̄a  
exaltauit humiles. fiat iterum ouer/  
sio de misericordia in iudicium. q̄a  
esurientes impleuit bonis. Ecce mi/  
sericordiaz. Et de iudicio sequitur  
quia diuites dimisit inanes. Sola  
postremo misericordia sicut ab ini/  
tio decantetur. Quia suscepit israel  
puerum suū recordarius misericor/  
die sue. Apposuit ab initio magni/  
ficare se lucifer super celū. et adam  
postea super terram. Tu vero bea/  
ta nostra contrario modo magni/  
ficare cepisti non te sed dominum.  
Vide anima mea si vere magnifi/  
cas dominū. Si sis humili ancilla  
sua. non diaboli serua. non ire filia  
horrendum nimis est dictum ad  
iudeos. Ilos ex p̄e diabolo estis  
Et iterū. Qui facit peccatum seruus  
est peccati. Proditor igit̄ domini  
sui nō magnificator. Vide anima  
mea ne magnifices deū verbis. fa/  
ctis asit neges. vilifices et blasphe/  
mes. Dilige salutare dei. confitere  
peccata tua et dic semp. magnifice  
tur dñs. Nolo solam te cogitaueri.  
Nolo ceteros excluderis. Exhorta/  
re potius cum exultatione spiritus  
Magnificate dominum mecum. Et  
exalteamus nomen eius in id ipsum  
Magnificatio tua sit oīm omnis.  
et oīm sit tua special. Ita enim decet

## Tractatus viii

fieri magnificationem vñā sicut est  
cor vñū et anima vna. **S**i cecineris  
mus magnificantes dñm preueni-  
ent nos principes angeli nostri cō-  
iuncti psallentibus. **S**is o anima  
mea talis qualiu in medio sunt hōē  
principes. **S**is tympanistria. quia  
sunt in medio inuicularz tympani  
striaꝝ. **A**dolescentule sunt iste dñe  
deus salutaris meus que dilexerūt  
te nimis. que per mortificationem  
carnis innouate suauiter tympani  
sāt. **O** si deposito onere veteris ho-  
minis qui nos tyrānizat. q̄ nos in  
carcerem mittit ut herodes petrū.  
qui nos tradit quatuor passionib⁹  
carnis nře quasi totidē quaternio-  
nibus. **E**st em̄ quelibet in quatuor  
qualibet. **Q**ui catenis alligat dua-  
bus que sunt amor voluptatis et  
vanitatis. **O** si nos inter hec mala  
sopitos discinctos discasciatos p/  
ueniat vel vñus de principib⁹ istis.  
**O** si angelus astet. fulgeat. pulset.  
surgere clamet. soluat et educat. li-  
bertatiqz relinquit. **O** si tunc in iu-  
bilo cordis. in magnificatione ani-  
me. in exultatione spiritus cantare  
licebit. **N**ūc scio vere quia misit do-  
minus angelum suū et eripuit me.  
**T**anta est dignitas tua o aia mea  
tanta q̄ ab exordio creationis tue  
tibi tue qz custodie deputat⁹ est an-  
gelus vñus de principib⁹ celi qui  
depositis potentib⁹ in sua superbia  
de sede dignitatis ipse humiliatus  
sub dño p̄pro et supremo exaltat⁹  
est magnificans nō p̄pro dñm. sed

## sup magnificat

dominantis maiestatis imperium.  
**D**eniqz datus est tibi quatinus se  
rectore se duce suscitet te dominus  
de puluere & sterco solo corpore ut  
collocet te cum ipso principe tuo.  
ceteris qz principibus populi sui et  
solū glorie teneas in palacio dei.  
**C**aue precor o anima mea ne ipsi  
sis ingrata tanto principi tuo. **N**o  
li turpiter in oculis suis vivere. no  
li vilis offendere. noli presentia suā  
a te molestis actib⁹ iniuriosa repel-  
lē. **I**le tibi. ve si eo longe stāte vīm  
faciant et impulsū qui te querunt  
p̄dere. seducere. et devorare. **Q**ua  
tunc virtute resistere. qua poteris  
aut scies industria sola miserabilis  
ceca. nuda. pauper euadere? **C**onfi-  
de nihilomin⁹ etiā si ambulaueris  
in medio umbre mortis. si vinc̄ta fu-  
eris in medicitate et ferro p̄nceps  
tuus pius et custos est tuus tibi nū  
cius id est angelus preueniet te fre-  
quenter. astabit. fulgebit. p̄cuso qz  
latere tuo quod est sinderis accla-  
mabit. surge velociter per spem. cir-  
tunda tibi vestimentū tuū p̄ opera-  
tionē. p̄cingere p̄ disciplinā. **C**alcia  
te in preparatione euangelij pacis p̄  
obedientiā. **T**unc catene consuetu-  
dinis male cadent de mansib⁹ tuis  
ut possis bene agere. **E**ducet te de  
medio duoz militū timore et dolo-  
re et hoc infra te. **T**ransibitis ipse  
et tu primā et secundā custodiā no-  
ttis circa carcerem. **E**cce sunt hi cu-  
stodes mundi temptationes in de-  
siderijs et letitijs vanis q̄s bona

## Partitio IIII. De

spes transit et letitia spiritualis. ve  
nietis ad portam ferream. **H**ec est  
diabolica custodia tertia. que viso  
angelo discedet vltro. vsam facies  
transfutris. **T**ransibitis vicuz vnū  
strictum et longum et rectum. **H**ec  
est sancta meditatio de diuinis p°  
satisfactionem de peccatis. **I**hic te  
videbitur relinquere ducos tuus.  
quia soli deo per contemplationez  
tunc assistis. et herebis sola soli. yni  
ca vnicco. **Q**uid est enim contempla  
tio nisi assistentia coraz deo. et hoc  
in secreto solitudinis. in sereno lu  
minis diuini in ameno paci. **P**ostqz  
saluum te fecerit a pusillanimitate  
spiritus. per securitatem. et a tempe  
state per tranquillitatez. postqz in  
dicauerit tibi. vbi pascat. vbi cubet  
In meridie. **T**unc psalles ex sententia  
**D**ominus regit me et nihil mihi  
deerit. in loco pascue ibi me collo  
cauit. **D**eniqz si priora resperceris  
quasi tibi sobrie redditia et rediens  
a mentis excessu suspirabunda gra  
ta qz cantabis. **N**ec scio vere quia  
misit dominus angelum suum. **D**e  
inceps ta conaberis redire ad ipm  
familiaris esse satagens amplius  
et amplius principi tuo angelo bo  
no. cuius preuentiōem in medijs  
peccatorum tenebris in obliuione  
torpida diuine et sue pietatis expe  
riri darum est. **A**bsit ut aliquando  
simmemor sis liberationis tui. **C**a  
ue sic postmodū esse mortua in cor  
de tuo. **A**bsit ut gaudium suum su  
orum qz quod habuit in penitentiis

## custodia angelica cxxvii

ali solutione tua perdas vnicqz vel  
minuas. **D**ic sedulo. dic toto cor  
dis incendio ad ministrum tuū qui  
totus est ignis dei. quia ministros  
suos facit ignē vrentem id est vriel.  
**D**ic angele qui meus es custos pi  
etate superna. **M**e tibi commissum  
serua. defēde. gubernā. **P**aruulos  
honora qui tales angelos habent.  
**D**oce similiter eos credere. hono  
rare proprios angelos qui vident  
omnia que faciūt. **C**aveant eis spe  
ctantibus agere turpia que viden  
tibus hominibus facere non aude  
rent. **A**ssuescat orare sepius quili  
bet bonum angeluz suū modo pre  
dicto vel simili. **C**ancellatis mani  
bus super cor et pectus stringens.  
**D**icat ex affectu magno paruulus  
corpoze. **M**i bone angele custodi  
me bene. **M**en bon angel gardes  
me bien. **S**ic imbibat noua testa  
quem vetus seruet odorem. **L**actet  
ab vberibus pietatē religionis. ad  
deum et angelum suum sicut infans  
**A**gnus Ihesum. **N**on enim paruz  
refert pueros sic vel sic affici. **L**o  
quor expertus cuidam infanti pa  
ter effigiauit se contra parsetem in  
modum crucifixi dicens. **I**nde fili  
mi quia sic fuit crucifixus et mor  
tuus deus tuus qui te fecit et salua  
uit. **M**ansit hoc exemplar puero ut  
habuit memoriam illa etas illa ani  
ma speculum adhuc mundū man  
sit usqz in senectam et seniū cresces  
crescentibus annis. **B**enedict' pa  
ter iste pius qm dies exaltationis

## Tractatus viii.

sande crucis fuit dies obitus sui  
quo obuiam ēt xp̄o per crucis hu-  
miliationem sublimiter exaltatus.  
**A**udis an libenter. obsecro te do-  
mina angelorum pium de tuis an-  
gelis soliloquium simul et preconi-  
um? **A**udis profecto. imo nude cō-  
spicis complaces et approbas. **P**i-  
issima quoqz verbū de pietate col-  
laudes neqz finas irremuneratam  
cuiuslibet ad angelos abire deuo-  
tionem. non magnificantiaz anime  
non exultationez spiritus in recor-  
datione. **Q**uid porro dicemus. **O**  
regina celorum. o domina angeloi-  
rum. quid de filio tuo qui vocat?  
est magni consiliū angelus? **C**onsili-  
um illud magnum et antiquū per  
ipm verbum fuit nunciatum et ex-  
pletuz. **S**i mater es principis imo  
creatoris angelorum. **S**i mater es  
illius qui totiens nominatur domi-  
nus exercituum dominus qz virtutis.  
qui electus est ex milibus tam  
angelorum qz sanctorum. **C**ui cur-  
rus decem milibus multiplex. iure  
superest ut exaltata sis super cho-  
ros angeloz ut audias a filio tuo  
**E**quitatu meo assimilaui te qui ti-  
bi me parificau. tibi me humiliaui  
paulo minus in hoc ab angelis mi-  
nor factus. **S**ic humiliatus in te et  
me et te superexaltaui ut in nomi-  
ne Ihesu et marie omne genu fle-  
ctatur celestium terrestrium et infer-  
norum. **B**eatiss ille cui beata dede-  
ris affectum diligendi te. honoran-  
di te. loqui de te. cantando tecum.

## Sup magnificat

**M**agnificat anima mea dominus.  
salutandi te **D**ue maria gratia ple-  
na dominus tecum. benedicte te  
super omnes mulieres. confitendi  
et laudandi. quia benedictus fructus  
ventris tui Ihesus. **A**men. **B**eat  
cui beata spiraueris affectum peti-  
tionis septiformis ab angelo mai-  
gni consiliū filio tuo descendenteris.  
**P**ete in primis triplicem nobis be-  
attitudinem. obiectalem in sanctifi-  
catione nominis sui. formalem in  
aduentu regni sui. virtualem in ad-  
implectione beneplaciti sui. **D**einde  
prouentum cuiuslibet rei necessarie  
corpori vel anime in pane quotidi-  
ano et supersubstantiali. **N**eniqz re-  
motionis impedimenti. sit illud cul-  
pa dimitte nobis debita nostra. sit  
illud pugna. et ne nos inducas in  
temptationem. sit illud pena et mis-  
seria. sed libera nos a malo. **B**eat  
cui tu beata fidē deveris (que per  
dilectionē operatur) credere in deum  
cum ceteris hīm diuinitatem et  
humanitatem articulis. **B**eatiss in-  
super magnificans et magnificus  
si astantibus angelis tuis in illumi-  
natione vultus sui. si pulsantibus.  
si vocantibz nos magnificabit ani-  
ma mea dominum. exultabit spiri-  
tus noster in deo salutari suo. **S**i re-  
spiciet dominus humilitatem ancil-  
le sue. anime nostre. si beatificabit  
apud omnes generationes beato-  
torū in celis sanctificans in nobis  
nomē sanctum suum. et hoc quo ad  
implectionem preceptorū et osculū

## Partitio iiii. De cu

pedum huius animalem obedientius statum. Si preterea soluerit angelus tuus bonus colligationes infirmitatibus nostrarum. Si nos eduxerit a tenebris tot fantasmatus et custodiarum. Si portam ferream aperuerit ut nos in primis canentes suscipiat angelus magni consilij christi ad osculum manus per gratias actiones. quia timentibus misericordiam. quia humilibus exaltationez. quia esurientibus impletionem honoribus benigne largitus est superbis dispersis potentibus depositis diuitibus inanitis. et hoc quo ad rationalem statum. Si postremo deserit ipse magni consilij angelus liberos in lege perfecte libertatis. sub actone vel impulsu sui spiritus tanquam in statu perfectionis et filialis adoptonis et in osculo oris. Nam qui spiritu dei aguntur hi filii sunt dei. hi subleuatis oculis post contemplationem et mentis excessum nihil vident nisi solum Ihesum solam salutem. sola misericordie recordationez. Sicut locutus est ad patres nostros Abraam qui diem eius vidit et gauisus est. Et semen eius in secula. Tunc fiet in quolibet tali quem dignatus fueris angelorum domina. Vnde pius purus velut hic et nunc moriturus. immo vero iam mortuus toti mundo vivens soli soliloquium meum et angelorum dominio deo salutari suo. Complacitum tibi sit o beata beatorum o domina angelorum. quia ita soliloquius

## Stodia angelica cxxviii.

meum conformiter agito ad cantum tuum. conformiter ad aliud diagramma meum. de pulsibus et officijs beatorum angelorum contra depositorum potentium. tot violeros tot fraudulentos. tot malignantes in pulsus. conformiter rursus ad liberationem petri. Insuper ad septemplicem industriam que versatur in recordatione dei in recognitione status proprii. In debellatione aduersarij. In impletione diuini precepti. Dehinc in meditacione. in speculatione. in contemplatione aut beatifica visione. Nihil itaque dulcissimum suauius quam consone tibi dicere vel vivere cuius spiritus super mel dulcis que suauissima facta es in deliciis que mater es pulcre dilectionis timoris agnitionis et sancte spei. Quanta sententia sapientissima feminaque latz hic in paucis verbis. Sunt ista eterne sapientie verba cui tu unigenito a patre eternaliter et a te temporaliter prebuisti ubera tua. Sunt nihilominus ista create sapientie verba proprie angelorum. qui ab initio creati sunt in sapientia dei. quo ad imaginez. quo ad similitudinem fiunt ipsis originaliter in spirata. Omnia siquidem in sapientia fecit. sed et refecit in sapientia quam primitus incarnata. postmodum ut ita dixerim voluit impanari. quia panis vite fieri. Non est iam o anima mea. quid excusationis inuenias. Si queris a te flente ubi est deus. Respice in sacrametum altaris. dc.

## Tractatus viii.

tota fiducia. **I**ste est deus meus. iste  
frater. iste dilectus ex dilecto. **E**t ipse  
est amicus meus filie Iherusalem.  
**I**ste cui astant angelorum chori.  
**I**ste qui facit angelos suos spiritus.  
**I**ste qui misit angelum suum petro  
et eripuit eum de omni expectatio-  
ne plebis indeorum. **N**ellem ex te  
cogitare petre. quo nomine voca-  
batur angelus tuus ille bonus qui  
astigit et resulgit in habitaculo car-  
ceris. **D**a veniam si curiosus inter-  
rogo. **H**abemus nomen illius qui  
**T**hobiam duxit et reduxit quia ra-  
phael. medicina dei sum non men et  
officium eius. **N**empe liberavit ipse  
a deuoratione piscis. cuius mors.  
multis usibus utilis fuit. **J**unxit sa-  
re coniugio. demone fugato. viro-  
rum septem necatore. Reddidit pa-  
tri seniori usum luminis. simul et spi-  
ritu contulit prophetandi que omnia  
plena sunt mysteria. **H**abemus no-  
men principis sinagoge et nunc ec-  
clesie. **M**ichaelem qui ut deus pro fi-  
liis populi sui stat. qui primitus in  
celo fecit ruinam diaboli magnam  
et angelorum eius. Qui mulierem  
illam. signum magnum in celo ami-  
ctam sole et luna sub pedibus eius  
et in capite eius corona stellarum  
duodecim protexit a dracone septem  
capitum. liberavit filium quem pe-  
perit et collocavit in throno dei. de-  
dit mulieri alas sicut aquile ut vo-  
laret. non absorpta ea ab aqua dra-  
conis sed ut in solitudine nutritur.  
**N**on prosequimur per singula sua

## Sup magnificat

bemus nomen illius angeli qui ad  
te missus est virginem sponsatam  
viro. **A**ppellabat hic gabriel. for-  
titudo dei. qd fortis mulieri quam sa-  
lomon inquirebat deputatus est. qd  
fortiorum fortis armato nunciabat  
tibi quia singulariter ad opera for-  
tis nostre salutonis ordinatus fu-  
isse probabiliter estimatur. **S**icut in  
prophetia ad Daniel in revelati-  
ne confortativa et directiva ad Jo-  
seph sponsum tuum virginalem. In  
nunciatione Johannis ad zacha-  
riam. In catlico celesti ad pastores.  
In monitione ne redirent ad hero-  
dem. ad reges. In resurrectionis  
nunciatione ad mulieres. **H**abemus  
proinde nomen illius angeli qd pur-  
gauit Isae labia per calculum de  
altari. vocatus est seraphin ab in-  
cendio. **H**abemus de cherubim:  
dictis a plenitudine scie. in aialib  
et rotis Ezechielis. **N**unc prius  
quero Petre quod erit nomen an-  
geli te liberantis quem angelum pro-  
prium fuisse custodez tuum fas cre-  
dere est nobis. **D**icitur in Apocri-  
fis Esore Sermo nobis fieri de vri-  
el angelo. cuius interpretatio so-  
nat ignis dei. **U**nusquisque ignis  
et deus. benedictissime deus. **L**ice  
at nobis cuius ignis est in Syon  
et caminus in iherusalem. in cuius  
dextera est ignea lex. cuius eloqui-  
um ignitus vehementer. smo qui to-  
tus ignis consumens es. **C**uius de-  
niqz ista vox est. Ignem veni mitte  
re in terram. **E**t quid volo nisi ut

## Partitio iiiii. De cu

ardeat. Liceat angelū tuū o petre  
licet et quemlibet aliorum viatori/  
bus singulis deputatum vriel ap/  
pellare. cuius officium est suauiter  
vovere renes et cor nostrum. consu/  
mere sordes viciorum succendere  
totum ad virtutes. sacrificare pie/  
tatis holocaustū quod est in odo/  
rem domino suauissimū Potest nec  
negamus sufficere nomen angeli.  
quia nuncius domini est. sed adder/  
e videtur aliquid q̄ angelus iste  
sit spiritus. et flamma ignis quia ful/  
get in intellectu et ardet in affectu.  
**S**ubleuant angelus spiritus hely  
am igneo curru qui prius ambos  
quinquagenarios e celo descēdēs  
incenderat. Data fuit lex per ange/  
los in manu mediatoris. quantus  
vero flagrauerit ignis loquitur hi/  
storia. Custos erat paradisi flam/  
meus ensis. Descendit deniqz sp̄ri/  
tussandatis sup apostolos in igneis  
languis factū vriel in singulis. Quid  
est q̄ vriel iste redigit quos inflam/  
mat in cinerem per timorem et hu/  
militatem spiritus. mollit per pietā/  
tem et misericordiam contra cordis du/  
ritiam lapsdeaz. resolut in luctum  
per proprie fragilitatis scientiam.  
corroborat per decoctionem et hu/  
moris fluidi resolutionem vnde ve/  
nit apud animaz fames et fatis cō/  
grua. tractabilem reddit ad consili/  
um et misericordiam. subtiliat q̄ pu/  
rificat cor ad intelligentiam. De/  
mum saporem et internam pacem  
efficit per renouationez iuuentutis

## Stodia angelica clxie

sicut aquile sicut ceruorum. sicut ac/  
cipitris vt serpentis. Note sunt si/  
militidines iste quales p̄ metapho/  
raz operatur in nobis vriel noster.  
si non obſtiterit ipi animus noster.  
anima nostra cū corde simul et spi/  
ritu. Studiositas theologorū que/  
rit plurima de custodīs circa nos  
angelorum si nos vncqz deserunt. si  
nos saluandoſ presciunt aut dam/  
nandoſ. Si xp̄s magni consilij an/  
gelus ( cui ministrauerit angelis p̄  
seunium. quem et angelus in ago/  
nia confortauit) habuit angelum  
pro custodia. Similiter si tales ha/  
buerit dominia nunc angelorum fu/  
tura. Si deerit antixpo custos āge/  
lus. Nunquid angelus bonus lo/  
qui potest anime nostre sine fanta/  
smatum simulacris. quia de ordina/  
tione fantasmatum per angelum. q̄  
impedimentorum remotione nō est  
dubium. Est em̄ modus iste ordina/  
rius pro statu vie. qualiter erudit  
magister discipulum proponendo  
per ordinem doctrinaz cognoscen/  
dorum iuxta modum capacitatis  
sue. Si boni angeli sunt intētores  
ad bonum sicut mali discuntur incl/  
atores ad malum. si causent radiū  
vel lumen spiritui nostro. si cogita/  
tiones nostras inspiciunt. Quis nu/  
merus angelorum. Sit hec studio/  
sitas theologis accōmoda. Desit  
autē curiositas ab omnibus quos  
debet amplius studere deuotōni q̄  
subtili speculazione. Certum habe/  
at vnuſquisqz seruiens deo quonia

## Tractatus viii.

omnes sunt hūm apostolum admissi stratorū spiritū. et hoc mediate vel immediate in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Qui vero capiunt et quot. noli querere si non vis errare. Certus esto si bene viceris sub lege magni angeli et custodia suorum angelorū quorum domina est maria saluus eris. socius eorum factus in eum. Erudeamus igitur plus bene vivere q̄z disputare. Sis o xpianus spiritus assidue paratus ad mortem. Nive deo purus velut hic et nunc moritur. Erat unus insignis caudicis in articulo mortis. Dixit confessor ut voce qua posset diceret septē psalmos. Venit ad versū illum. Quoniam non est in morte qui memor sit tui. Cepit arguere more suo qualiter illud stare nō poterat. Nā et ipse moriens memor erat dei. Subintulit confessor. O domine tē p̄pus est penitendi et orandi. nō dis putandi. Respicit omnes hec narratio. quoniam media vita in morte sumus. Angelicum potius implorremus auxilium. q̄z de modis auxiliandi disputemus. Sciunt aduocādi sciunt auxiliandi. sciunt consulevi. sciunt purgandi. illuminandi et perficiendi suū gerarchicum triplex officium. Non est egroti velle medi cantis artem. neq; litigantis aduocati scientiam perscrutari. maxime duz constitēte super vtroq; fidelis et prudens. fidelis ne decipere velit. prudens ne decipi possit quales

## sup magnificat

sunt angeli. Deputet autem anima quelibet xpiana magno dei dono si se senserit affectam ad aliquē sanctorum nominatim ad propriū angelum reverenter pie et humiliter. Deputet hoc beneficio tuo o domina angelorum. Magnificet tecuz super ista talis anima dominuz. psal lat in conspectu angelorū domino. ministret incensum deuote orationis quod offerant deo salutari nostro. Preterea non timuerit inuidiam facere anima xpiana ceteris si forte fuerit ad vnu q̄z ad alterū de uotior. si fiducialior ad quempiam si frequentior sit recursus. Sunt repleti charitate. non inuenit locum inuidia. non querit q̄ sua sūt. Omnia deputant omnia. Recursus est ad Stephanum. recursus est ad petrum Johannem. michaelem gabrialem. raphaelem. urielem. mariam. martham cum ceteris. Tuam em in cōmune recipiant orationez vni fusā dūmodo par vtrinq; deuotio. tuū optant meritum non honorez a te suum. Quid em iphis est in celo que gloria. que laus. que magnificēcia est ab omnibus. quid volunt super terraz. Argue tibi sic. O anima xpiana dum impellit te spiritus superbie super vanitatibus transfiguris. Si glorificanda. siue si magnificāda a domino in eternitate qui semper et vbiq; gloriam meam dicet. Quid mihi de punctali et umbrati gloria super terrā? Si vero iusto (quod auertat dei pietas) iudicio

## Partitio iiii. De cu

dammandus sū totus honor impē  
sus ab hominibus plus ad tormē  
tum mihi ceder q̄ solacium. Plus  
inde blasphemabit anima mea do/  
minū. plus exiliet furens spiritus  
in deum. quia nō fuit salutare sū.  
plus exardescet inuidi demones  
animaz cruciare quo plus in bonū  
senserū honorari. Agite quod ve/  
strū ē ministerium sancti angeli dei  
**D**epositū vestuz seruate. Poterit  
omnipotens dominus homines p/  
se custodire quos possedit fecit et  
creauit. sed voluit sū legem sapiē  
tie sue q̄ nos inferiores reducere,  
mūr ad sūp̄m supremū per vos me/  
diatores. Voluit ostendere mai/  
starem potentie sue. magnificentiā  
glorie sue. quia tales habet v̄tutes  
et exercitus militantes sibi. vñ no/  
minaē dominus exercitū q̄ virtu  
tū. Voluit cōmunicāē bonitatē sīl  
ei virtute vobis angelis suis vt il  
lā nedum f̄cipientes sī vobis sed in  
alios cōmunicare possetis. audebo  
dicere debētis. **I** si deus ita res ad/  
ministrat vt eas agere xp̄ios mo/  
tus finat imo inbeat scđm ordinez  
susticie sue. **I** si autē xp̄ij motus  
āgelici spiritus sūt custodire viato/  
res magna nobis fiducia datur in  
v̄re caritatis auxilio si dñā. si regi/  
na nřa. si mř. si soror nřa gratū vo/  
erit semper tales filios et fratres  
dirigere protegere et saluare. mar/  
me quia sumus futuri ciues vestri.  
**S**i tanto furore satagit nos satha/  
nas impellere seducere et perdere

## Stodia angelica clx

tantus amor vester conabitur am/  
plius per impulsus bonos nos sal/  
uare. **D**ebilis ē oratio nostra pau/  
per. fragilis. balbutiens. cespitans.  
et ceca si non fulciatur et illumine  
a vobis. si non loquela placentē  
et aptam loco elus feceritis in ne/  
cessitatibus nostris. **E** i nō ipaz ege  
nā et mendicam deduxeritis hostia  
tim per vicos ciuitatis sancte hieru  
salē qui sunt ordines vestri. qui sūt  
sanctor̄ sāctaz q̄ omniū choi va/  
rij. qui platee patentes omnib̄ ad  
misericordiaz. **C**lamate nobiscū et  
nobis. panem nostrum quotidianū  
da nobis hodie. cum ceteris petiti  
onibus. cum modis petendi querē  
di et prestanti per vniuerse scriptu  
re cōtextū. precipue euangelicū no/  
bis in exemplū datū. **S**ed et f̄res  
habem⁹ in purgatorio carceratos  
sub manu iustitie. futuri protin⁹ sunt  
consortes vestri. smo sunt iam per  
gratiā confirmatam. **I** sitet eos pi/  
etas vestra. consuletur sedulitas ve/  
stra. salutate singulos vice nostra.  
**S**uggerite vt memores nostri sint  
dū bene sibi fuerit. **I**nsinuate quō  
nos memores ipoz sumus. quati/  
nus inde cōsolationem accipiant.  
**S**unt nobis viatoribus aduersan/  
tes. mundus. caro. demonia. **M**os  
potētores excubie state pro nobis  
in acie. **S**unt incōmoda nobis plu/  
rima ratione corporis: nūc ab ele/  
mentis per intemperiā. nūc a celesti/  
bus influentib⁹ xp̄ter materiale ad  
influxus suos sustinendos vite in/  
y a

## Tractatus viii.

dispositionē fas habetis in melius  
naturalia etiā incōmoda vertere.  
si naturalia possūt demones bona  
frequenter in deterius quantū di-  
uina p̄uidentia et quantū v̄ra cu-  
stodia pmiserit immutare. **S**euīt  
aut̄ p̄fidī et homicide si et dū p̄mit-  
tit eis. seuīt tūc toto malignitatis  
ardore q̄ si nō astiteritis adiuto-  
res in oportunitatib⁹ in tribulatio-  
ne quis subsisteret? **T**radiderūt gen-  
tiles nos h̄re ab hora cōceptionis  
quēlibz vñsū sū geniū qui cū mori-  
ente deficiebat. **S**tulti dicebant ge-  
niū esse dēū qui et fata fortunazqz  
deos faciebant. **P**rudētiores geni-  
um ad inclinationes nobis corpo-  
raliter impressas a celestibus refe-  
rebant. **C**um autem huiusmodi  
inclinationes nobis corporaliter  
quedam et commode sint dupler  
genius erit nobis. bonusq; malus  
**A**ssumunt perfidi demones ad no-  
stram v̄trunqz perniciem. **I**lestrum  
vero est angelice virtutes principa-  
tus et p̄tates ex aduerso pro salute  
nostra a dextris et a sinistris omnia  
in bonū deducere. si p̄f. si deuoti. si  
seduli q̄suerim⁹ opem v̄tam quam  
querere premonetis sepe. p̄uenien-  
tes nos in b̄sidictionib⁹ dulcedis.  
**D**ormiebat petrus. nō orabat ali-  
quē ex angelis. factū est tamē illud  
qd̄ **S** tractauimus in exemplū n̄m  
et angelicum preconsum. **A**ngelus  
astat fulget pulsat surgere clamat  
**S**oluit et educit libertatiqz relinqt  
**S**ed ecce dū meditatio nostra pro-

## sup magnificat

tendit in longius frater astat pulsans  
ad ostiolū solitudinis nostre  
quesitur⁹ (arb̄stroz) venit sup plu-  
rimis que de cantico n̄o tractāda  
suplant. precipue sup eo qd̄ sequit  
**E**surientes impleuit bonis et dñi-  
tes dimisit inanes. Nō me fallit esti-  
matio. **E**sumit ab hoc versu princi-  
piū colloquendi. Et nos parebim⁹  
inquirenti. **C**oncētus est centilogi-  
um de impulsib⁹. consedebimus.  
sit in medio nostri iesus christ⁹ do-  
minus noster

**S**equitur tractat⁹ non⁹  
de eucharistia drāmaticus. super  
illud **E**surientes impleuit bonis p  
quinqz partitiones. Prima par-  
tio procedit per dialogū p notu-  
las centū

**E** **S**urientes impleuit bonis  
Discipul⁹ Si ita res se-  
habet esuriaz obsecro qua-  
tin⁹ impleat me dñs bonis. diues  
non s̄iam queso ne dimittar inanis  
**E**surio nibilominus in hoc cātico  
nosse quid otemplabat anima ma-  
rie super hac esurie. **M**gr. Legis  
de divina sapientia dīcū ex psona  
sua. Qui edunt me adhuc s̄ient. Et  
qui bibunt me adhuc s̄ient. Est  
igitur esuries et sitis aliqua nō cor-  
poralis quā experiuntur et bruta.  
**S**ed spiritualis que est fames non  
panis materialis sed audiendi ver-  
bum dei quod est sapientia dei pa-